

communicantibus perficitur; Ergo viventium animal in cerebro  
sita est.

109. Inter sensationes primarium locum tenet visio quae nec in  
crystallino neque in corioide sed tantum in retina est collocanda.

110. Cum visio perficiatur ex impactu particularum lucis in  
retinam necesse est earum soliditate frui.

111. Hae non differunt ab ionicis particulis; et consequenter  
sunt effusiones luminosi corporis ab eius substantia minime  
diversae.

112. Propagatio lucis instantanea non est sed successiva

113. Reflexio luminis ex impactu in solidam corporum partes  
repetenda est.

114. Refractionis causa in luce est attractio corporis refrin-  
gentis.

115. Attractio corporis dum circa illud transit radius lumi-  
nis efficit ut illi approximetur et diffractionem patiatur.

116. Varii lucis radii variam habent refrangibilitatem et  
reflexibilitatem.

117. Omne lumen homogeneum habet proprium colorem  
suae refrangibilitati respondentem, qui nullis refractionibus  
et reflexionibus mutatur.

118. Omne corpus opacum aparet coloratum, quia radios

